



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.22. Falsæ Decretales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Episcopi erant Lobefiensis, S. Eugendi, & Eichstadiani, qui in Concilio Attinien-
 centi anni 765. nominantur. Aliqui eorum erant Chorepiscopi, qui in Monasterio fixam Sedem habebant. Non
 nunquam Abbas erat illius Monasterii etiam Episcopus, non nunquam alius Episcopus & alius Abbas erat. Aliquan-
 do simplices erant Sacerdotes, quibus nomen Episcopi tribuebatur, quia in de-
 terminatas regiones ad prædicandum Evangelium missi erant, quales S. Gre-
 gorium Ultrajectensem in Frisia, & S. Ludgerum in Westphalia fuisse legimus.

Magenarius in Abbatia S. Dionysii Fulrado anno 784. 16. Julii mortuo suc-
 cesserat, & ex ejus Testamento dispici-
 tur, ipsum, ut ut esset Abbas Regularis, tota vita sua magnas facultates posse-
 disse, & inter alias multos in Alsatia & Brisgovia Fundos, quos sicut & Mona-
 steria ibi a se fundata Abbatia S. Dionysii reliquit.

§. XXII.

Falsæ Decretales.

Magenarii Successor in Munere Archi-
 capellani fuit Ingilramus, seu vulgo *Enguervan*, Episcopus Metensis, cui tri-
 buitur Collectio Canonum, etiam No-
 men Hadriani Papæ præferens, ac si hanc Pontifex Ingilramo decimo tertio Ca-

D d 4 lend.

Sæcul. VIII.
 A. C. 785.

to. 6. Conc.
 p. 1072.

Elog. p. 339.
 to. 4. Act. ib.
 p. 341.

Hincm. Op.
 14. c. 15.

LIV.
 infirma
 in suis
 gium in
 id est
 anno le-
 datum
 Dionysii
 s, quod
 a anno
 septimo
 um est,
 bus E-
 ertum,
 um ibi
 ini Tu-
 odecim
 adinem
 096. a-
 Mona-
 Hohe-
 . Id
 on ha-
 ea ra-
 s ad il-
 iissent,
 ine Ti-
 quire-
 e reci-
 a Ju-
 emptis
 Tales
 Epis-

Sæcul. VIII. lend. Octob. Indictione nona, id est, 19.
 A. C. 785. Sept. anno septingentesimo octogesimo
 quinto dedisset, quando ipsius causa ex-
 aminabatur. In aliis vero Exemplari-
 bus legitur, Ingilramum hanc Collectio-
 nem Pontifici obtulisse, quod magis ve-
 rissimile videtur, cum hæc Collectio di-
 versa sit a Codice Canonum, quem Ha-
 drianus Papa Regi Carolo abhinc annis
 ferme decem dederat. Porro hanc di-
 versitatem efficiunt Excerpta ex falsis
 Isidori Decretalibus, quibus Collectio
 Ingelrami impleta est. Atque hic om-
 nium primo has Decretales memorari
 invenimus.

Præf. Isid.
tom. I. conc.
p. 3.

Collectio, in qua illæ Decretales le-
 guntur, nomen præfert Isidori Mercato-
 ris, qui Natione Hispanus fuisse vide-
 tur. In Præfatione dicit, se ut hoc O-
 pus concinnaret ab Episcopis octoginta
 quatuor atque aliis Dei Servis fuisse com-
 pulsum, & post Canones Apostolorum a-
 liquas Epistolas Decretales Pontificum,
 nempe Clementis, Anacleti, Evaristi, a-
 liorumque usque ad S. Silvestrum inse-
 ruisse; sed non indicat, ubi eas invene-
 rit. Ignotæ erant Dionysio Exiguo, qui
 ducentis abhinc annis SS. Pontificum
 Decretales colligens a S. Siricio incepit.

Sup. Lib.
XXXII.
§. 36.

Aliunde etiam apertas falsitatis no-
 tas habent; in omnibus idem Stilus de-
 prehenditur, & magis congruens Sæcu-
 lo

lo octavo quam tribus primis. Sunt Sæcul. VIII.
longæ, & locis communibus scatent, & A.C. 785.
tandem post accuratum examen explo-
ratum fuit, plurimos Textus inesse S. Leo-
nis, S. Gregorii aliorumque Scriptorum
illis Pontificibus, quorum Nomina præ-
ferunt, posteriorum. Dies quoque ap-
posita ferme semper fallit.

Præterea Epistolarum istarum mate-
ria fictitias esse prodit. De Archiepis-
copis, de Primatibus, de Patriarchis lo-
quuntur, quasi vero hi Tituli a primor-
dio nascentis Ecclesiæ recepti fuissent.
Prohibent, ne ullum celebretur Conci-
lium etiam Provinciale sine Papæ licen-
tia, & de Appellationibus ad Romanam
Curiam tanquam de re frequentissima
mentionem faciunt. Occurrunt quere-
læ, quod Bona Ecclesiarum temporalia
occupentur. Tanquam Regula propo-
nitur, quod Episcopis lapsis in peccatum,
impleta pœnitentia, munere suo fungi
sicut prius liceat, contra Disciplinam Ec-
clesiæ, quam in diversis locis retuli.

Isidorns
Mercator.

Epist. 2.
Callisti. c. 6.
to. I. Conc.
p. 615.

Denique, qui has Decretales scripsit,
plurimus est in Materia de accusatione
Episcoporum, hæc in singulis ferme re-
currit, ubi statuuntur Regulæ quibus Ac-
ctio in Episcopum difficilis redditur. I-
pse Isidorus in sua Præfatione non diffi-
mulat, quantum hæc materia ipsi cordi
fuerit. Affirmat plusquam viginti Ca-

D d 5 nones

Sæcul. VIII.
A. C. 785.

nones Concilii Niceni inesse, & de sexta Synodo anno sexcentesimo octogesimo celebrata mentionem facit; unde dispicitur, hunc Isidorum alium a S. Isidoro Hispalensi fuisse, quamvis aliqui eundem crediderint.

*Lab. de
Script. Isid.
to. 1. p. 649.
Bona lit. l. I.
c. 3. v. not.
Ant. Aug.
to. 6. Conc.
p. 1839.*

Collectio Isidori præter Decretales Pontificum Canones Conciliorum Orientalium ex quadam Versione antiquiore ac illa est, quam a Dionysio Exiguo habemus, & multos Canones ex Conciliis Galliaë Hispaniaëque complectitur. Hæc Isidori fallacia, ut ut pinguis ingenii partus, toti Latinaë Ecclesiaë imposuit, nam ipsius Decretales per annos octingentos genuinaë creditæ sunt, vixque elapso ultimo Sæculo Sectatores veritatis hunc errorem dedoceri se passi sunt. (*) Hodie

† *Ant. Conc.
Edit. Paris.
pag. 2072.*

(*) Ad Collectionem Canonum seu Hadriani Papæ Capitula, quæ idem Papa Ingilramo (vel vice versa) dedisse legitur R. P. Jacobus Sirmondus S. J. sequentem Adnotationem adjecit: † *Quanti hæc olim habita fuerint in Gallia, ex eo intelligi licet, quod omnia in Libros Capitularium Regum transfusa sint. Videntur etiam non nunquam Episcopi eadem sibi & Ecclesiis suis pro Lege observanda proposuisse; ut Hincmarus Laudunensis, cujus in Codice S. Maricæ Virdunensis post hæc Hadriani Capitula, istiusmodi exstat professio: Hincmarus*
Deo

die vero nemo est, in Historia Ecclesia-
 stica vel medioeriter versatus, qui earum
 falsitatem non agnoscat.

Hanc Collectionem primus in Fran-
 cia vulgavit Riculphus Archiepiscopus
 Moguntinus, qui successerat Lullo deci-
 ma sexta Octobris anno septingentesimo
 octogesimo septimo fati functo, in Mo-
 nasterio Hersfeldensi, ubi sepultus est.
 Is Sanctorum numero postea adscriptus.
 Curæ eidem fuerat, libros ex Anglia
 præsertim a Beda scriptos afferri, habe-
 musque inter Epistolas S. Bonifacii ali-
 quas ab ipso scriptas, & aliquas ad ipsum
 datas, unde elucet, quam magni eum o-
 mnes fecerint.

Sæcul. VIII.
 A. C. 785.
 Coint. an.
 766. n. 18. &
 19. & seq.
 Hincm. op.
 23. c. 24. p.
 376. Elog. to.
 4. Act. SS.
 B. p. 398.
 Mart. Rom.
 16. Octobr.

§. XXIII.

*Deo miserante Ecclesiæ Laudunensis Episcopus
 his Sanctorum Apostolicæ Sedis Patrum De-
 cretis obtemperandum subscripsi. . . . Subji-
 cit R. P. Sirmondus : At horum contra Auctori-
 tatem tanquam a Sacris Canonibus discrepan-
 tium elevare atque infringere conatur Hinc-
 marus Remensis adversus nepotem scribens c. 24.
 qui & hanc ejus subscriptionem vellicat c. 36.
 Inde videmus, hanc Collectionem Canonum, &
 Excerpta ex Decretalibus Pontificum trium pri-
 morum Sæculorum statim Sæculo sequente il-
 lud, in quo natæ videntur, videlicet Sæculo no-
 no, quorundam Crisim & falsitatis suspicionem
 non evasisse.*

LIV.
 e sexta
 gesimo
 e dispi-
 Idoro
 andem
 retales
 Orien-
 quiore
 no ha-
 concillis
 . Hæc
 ii par-
 , nam
 gentos
 o ul-
 hunc
 Ho-
 die
 adriani
 o (vel
 us Sir-
 a adje-
 n Gal-
 Libros
 Viden-
 sibi &
 osuisse
 Codice
 ni Ca-
 marus
 Deo